



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Monitoria Directio Pro Ordinandis, Eorundemque
Examinatoribus, animarum Curatoribus, & Religiosis
secularium Confessariis**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agrippinae, 1663

Vniformitas Sacrorum Rituum & caeremoniarum in omnibus officiis
Ecclesiasticis adhibenda, n. 39.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9994

(a) D. Cyprianus, tom. 2. c. 3. de unitat. Eccles. Catholicae. (b) Pontif. Rom. tit. de ordin. Presb. in fin. (c) In Hymn. ad Matut. offic. Corporis Christi, vers. fin. (d) Synod. Colon. habita 19. Aprilis 1627. titul. 5. pag. 14. (e) c. 1. c. 2. dist. 12. c. nolite errare, c. quis nesciat, dist. 11. Statuta Henrici Archiep. Colon. c. 3. in fin. pag. 61.

Uniformitas Sacrorum rituum & caeremoniarum in omnibus Officiis Ecclesiasticis adhibenda.

XXXIX. Ut haec uniformitas Sacrorum rituum & caeremoniarum usus Romani magnoperè commendans Catholicae Religionis dignitatem & unitatem, in quibuscunque etiam reliquis officis Ecclesiasticis, prout decet, adhibeatur, vehementer exoptamus ab omnibus & singulis, quos concernit, observari caeremoniale Episcoporum, omnibus Ecclesiis, praecipuè autem Metropolitanis, Cathedralibus & Collegiatis perutile
acc

ac necessarium; quodque magno labore & industriâ emendatum ac reformatum fel. rec. Clemens VIII. hujusce nominis Papa in universali Ecclesiâ perpetuò servari districtè mandavit. (a)

(a) fel. rec. Clement. Papæ 8. Constit. 68. Bull. tom. 3.

1. Interest ad Catholicæ Religionis dignitatem & unitatem servandam, uniformitatem caeremoniarum in Sacramentorum ministracione adhiberi.

2. Pastorale seu Rituale Romanum commendatur.

XL. Multum etiam interest ad Catholicæ Ecclesiæ unitatem servandam, promovendamque Christi fidelium pietatem, & adversariorum confusionem, caeremonias & ritus Ecclesiasticos in Sacramentorum ministracione eosdem ubique adhiberi; ideoque Ecclesiæ Romanæ cæterarum Capiti atque Principi reliquas conformari. Quare operam dare

dare